

rianae lectiones conspirant cum Musgravii libro P. Verum, ut dictum est, habent non solum Victorii lectiones hic illic, idque tum quoque, ubi cum Musgravii libris consentire videntur, nonnihil diversitatis, sed continent quoque bona quaedam prorsus adhuc incognita. Quo magis lectores hortari licet, ne hasce lectiones Victorianas, quas, addita, ubi res ferebat, brevi notatione, hic subiunximus, praeterire velint. Ad Argumentum quidem Victorius has variantes adscripsit:

P. 3. l. 1. ἐλθὼν deest.

L. 2. παραγενόμενος pro παρακινηθείς.

P. 4. l. 1. ἐγχωρίων pro ἐντοπίων.

Ad ipsam Fabulam has:

V. 14. Ἐλένη μετελθεῖν.